

AND▶ CRATANDER LECTORI S▶

EN TIBI CANDIDE LECTOR,

ARISTOTELIS ET

THEOPHRASTI HISTORIAS, QVIBVS CVNCTA FERÈ
 quæ Deus Opt. Max. hominì cōtemplanda & usurpanda exhibuit, adamuſſim
 complectuntur: creaturas inquam omnes, & ſenſu præditas, quæ animalia di-
 culſer. & ſenſus expertes, quas appellant plantas. Vbi hercle ne γρὺ quidem in
 ſpeciem, tam humile, tam abiectum, tamq̃ puſillum, in quo ſummus ille creator
 non ſit ſummè ſuſpiciendus, & cuius non ſit uſus ampliffimus. Qua profectò re
 uix aliud quicquam exiſtit, quod gloriam & amorem Dei, omnium parentis, in
 cordibus hominum magis excitet & inflammet. Quòd autē huiuſmodi rerum
 cognitio meditatioq̃, cum ad omne Philoſophiæ genus, tum præcipuè ad Me-
 dicinam, tum ad uniuerſam deniq̃ mortalium uitam utiliſſima ſit, ac maximè ne-
 ceſſaria, nullus eſt adeò nariſ obefæ, & à cōmuni ſenſu tam alienus, qui nō intel-
 ligat. Quum uerò ARISTOTELES & THEOPHRASTVS mihi in primis ad
 hoc facti uidentur, per quos *δοτὴρ ἑάων* uoluit eiſmodi myſteria benigniſſimè
 mortalibus effundere: ne tibi ea quoq̃ parte deeſſem, optime lector, placuit eorū
 quæ huc pertinent opera, ſub incudē reuocata, multò quàm antehac diligentius
 emendatiuſq̃, publicis potiùs ſtudijs, quàm rei priuatae conſulens, excudere.

Proinde abs te uehementer contendo, ut meo in tranſcriben-

dis optimis authoribus ſtudio, tuus etiam in
 comparandis ſyncerus ani-
 mus respondeat.

Vale, &

Librorum catalogum uerſa pagina require.



BASILEAE

1534

73/6207